Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26011
Copyright: Admont, Benediktinerstift



hoc plus amat. Constat enim plus amare hominem interiorem
quam exteriorem. Vnde hoc constat. unusquisque se ipsum probet. Quamuis
enim quam plurimi male uiuunt animos suos corpori abdicant. uiuere tamen
uolunt. quod non est animi magis quam se ipsos indicant quam regunt quam
illa quae regunt. Regunt enim animi. regunt corpora. Gaudet quisque
uoluptate. de capite de corpore uoluptate. Sequitur anima. nichil
restat in corpore quod gaudeat. Et si de corpore gaudet. animo gau
det. Si gaudet de domo sua. de se non debet gaudere. Et si habet ani
mo unde oblectet exterius secus. sine delicius manet interius secus.
Omnino constat plus amare homine animam suam quam corpus suum. si malo
homine plus amat animam quam corpus. Quod enim amat in amico. ubi
est amor sincerior et castior. Quod amat in amico. animo an corpus.
Si fides amat. corpus amat. Benuolentiae fides animo est. Si hoc amas
in altero quia et ipse amat te. animum amas. quia non caro sed animo amat.
ideo enim amas. quia te amat. Quere unde te amet. et uide quod ames.
Plus quoque amat. et non uidet. Aliquod uolo dicere. ubi magis appareat dilec
tioni ure quantum amet animo. et quemadmodum corpori proponat. Illi ip
si lasciui amatores quique corporum pulchritudine delectant. et forma mem
brorum accendunt. te amant amplius quando amant. nam si amet et sentiat
quia odio habet. magis irascitur qui diligit. quia non ei reddit. quod impendit.
Si quoque ipsi amatores corporum se redamari uolunt. et hoc magis eos delectat
si amentur. quales sunt amatores animorum. quales dii amatores. quia pulchros animos
facit. Sicut enim animo facit decus in corpore. sic dominus in animo. Hinc enim fac in cor
pore unde amet in animo. Qui cum migrauerit. cadauer horrescit. Et